



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Conuerso, quem sacra virgo in somnis osculabatur, cap. 88.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

CAPVT LXXXVIII.

Conuersus quidam de ordine nostro cum ex eadem societate quadam virginum capita ad monasterium suum deferret, ex deuotione ea cum vino lauit, lora deosculans: eadem nocte puella valde speciosa in somnis eidem apparuit. Conuerso, eumque complexans, ait; Heri quando caput meum lauisti, tam amicabilem me deosculatus es, ego tibi modò vicem rependam. Ille professionem suam considerans, vt osculum puellæ vitaret, caput retraxit, sicque ex eodem motu exigit lauit, qui statim intellexit visionem. **APOLLONIVS**: Cùm in stratis & hortis ciuitatis Coloniae beatarum virginum vndecim milium passim ossa reperiantur, videtur mihi vix fieri posse, quin sæpe aliena eis ossa admisceantur. **CAESARIUS**: Retulit mihi monachus quidam de veteri Monte, in quo amplius quam mille dicuntur esse corpora, quòd nullas falsas inter se esse patiantur reliquias

CAPVT LXXXIX.

Tempore quodam, cum plurima illic allata fuissent corpora, monachi lauerunt illa; cumque eadem posuissent super sedes capituli, pannis mundis substratis, & siccarentur, fœtor intolerabilis, quasi ex eis exhalans, omnium nares infecit. Timès Dominus Goswinus Abbas fœtore eundè ex aliquo diaboli ludibrio fuisse creatum, vt per eum deuotionem fratrum erga reliquias martyrum extingueret, assumptis secum sacerdotibus, vestes sacras induit, cum quibus circa ostium capituli stans sic ait; Adjuro te immunde spiritus, per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos & sæculum per ignem, vt si aliquid tui operis est in hoc fœtore, manifestetur & annihiletur, deusque honorè Deo & Sanctis his. Mira res, vix verba cõpleuerat, & ecce, os grãde equinũ, cunctis vidètibus, de medio reliquiarum exiliens, extra capitulũ, quasi turbine impulsus, projectus est, cum quo & omnis fœtor extractus est, aduenitque odor suauissimus. Tunc omnes Deo gratias egerunt, qui & diabolum in suo opere confudit, & Sanctos suos glorificauit. Hęc te de